
[illegible] de 31 [illegible]
[illegible] capit[illegible]
[illegible] de [illegible]
[illegible]
[illegible] 1612
al 1773 [illegible]
[illegible]



IN-

351.

1104
390
2282
3776
3
1
378

ACTA
CAPITULI PROVINCIALIS SANCTI IACOBI DE MEXICO CELEBRATI A PATRIBUS SACRI ORDINIS PRÆDICATORUM,

ANNO 1725.



MEXICI: Apud Hæredes Viduæ Francisci Rodriguez [ww] Lupercio. Anno Dñi. 1725. [ww]

IN NOMINE SACROSANCTÆ, ET INDIviduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Beatissimæ semperque Virginis MARIÆ, Sanctissimi Parentis DOMINICI, & Cœlestis Curiæ Sanctorum. Amen.



STA SUNT ACTA CAPITULI PROvincialis celebrati sub die 5. Mensis Maij, Anno â Nativitate Domini 1725. in hoc Imperiali S. P. N. DOMINICI Prædicatorum Mexicano Conventu hujus almæ Novæ Hispaniæ S. Iacobi Mexicanæ Provinciæ; sub R. adm. P. N. Mag. Fr. Francisco de Chavarria quondam, vti, & nunc Provinciali Definientibus pariter cum ipso R. admod. P. N. Mag. Fr. Bernardo de Espinosa Moreno, Rectore, Regenteque Primario Collegij S. P. N. Dominici de Porta-Cœli Mexicani, Definitore primo, in Hispania nato, R. admod. P. N. Mag. Fr. Ioanne de Alvarado, Doctore Theologo Angelici N. Præceptoris, in Regia Vniversitate Cathedratico Proprietario, & Sanctę Inquisitionis Qualificatore Definitore secundo, in Indijs nato, R. adm. P. N. Præd. Gener. Fr. Francisco Guerrero, Imperialis hujus Conventus Mexicani Priore, Definitore tertio, nato in Indijs, & demum R. adm. P. N. Mag. Fr. Iosepho de Arroyo, Conventus Sanctor. Apost. Philippi, & Iacobi de Atzcapotzalco Priore, Definitore quarto, in Hispania nato.

ABSOLUTIONES.

ABsolvimus in primis omnes Suppriores, & Viccarios Conventuum, & Domorum hujus Sanctæ Provinciæ.

DENUNTIATIONES.

DEnuntiamus P. V. R.mæ. quod, quadriennalis peracti temporis spatio fœliciter completo R. adm. P. N. Præd. Generalis Fr. Francisci Xaverij de Aviles, & Soussa (vti cuncti sperabamus) Prudentiam, parique pondere Religionis zelum, expectabilisque amabilitatis pacem, ita temperavit vt non nisi ægrè tulerint ipsum finem maturæ moderamini imposuisse. Quid mirum ? Cum ipse, ne dum minima omnium alimentorum portione contentus Conventui Imperiali ea quæ Prioribus Provincialibus de more ad eorum vsus per menses singulos impenduntur, remisit; verum, & Conventui eidem per tempus præfatum ex eleemosynis particulariter sibi concessis electissimæ apothecæ medicamina omnia, stipendiaque Medici, Chirurgi, famulorumque omnium suffectissime largitus est, quibus infirmaria Imperialis alleviata convaluit.

Nec curæ minoris negotia rerum domesticarum, quæ annis ab hinc novem Arcam Domini Sabbaoth sacrosanctam, exteram quasi, & â proprio Templo alienatam perducunt, censentur, sed, & si tenuitate proventuum, & eleemosynarum parsimonia, Ecclesiam nostram [quæ magnificentia, & elegantia cunctas re vera superabit] ad vltimam perfectionem huc vsque tempora non sinant, opera tamen, & influxu R. adm. P. N. Præd. Gen. Fr. Francisci Xaverij de Aviles, & Soussa iam pene medietatem parietes, & Capellæ templi pertingunt, immo sua maturissima dispositione applicuit auræa quatuor millia ad ipsius ædificij sumptus quibus suffectissime proderit, & magis, ac magis in dies vsque ad perfectum protrahetur statum. Quid plura ? Virum istum scientia, moribus, Prudentia, regendi dexteritate, tum zeli rectitudine præditum, quibus, & Religionis observantiam promovit, si quæ collapsa, erexit, aut deperdita, instauravit complemento, perfectum omnia exornant, quibus sibi ipsi post se reliquit æqualem in vrgentissimis dificultatibus successorem dexterrimum [vti iam res secundæ probarunt] cujusque Prudentiæ, exactique agendorum specimen Provinciæ nostræ clavũ cõsularem claravit R.

adm.

adm. P. N. Mag. Fr. Franciſcum de Chavarria, quondam Provincialem, & nunc iterum denuo aſſumptum, pro noſtra omniumque acclamatiſſima fortuna. Benedictus Altiſſimus, qui non abſtulit ſenem à Iacob, vt ſicut ſapientiam, etiam nūc fœlicitatem, & gubernium accipiamus vſque ad canos, ita conducat annos ejus Omnipotens, ſicut ſpes omnium eligentium votis omnibus amandavit: Vocem nullam adhuc intra clauſtra audivimus, nec mæſtum quemquam vidimus. Quid mirum? Quas olim in Domo Novitiorum plantavit virtutes quæ in Conventu Imperiali ſub regimine illius dexterrimo aucta, quæque demum in munere eodem Prioris Provincialis factitavit olim, & facta nunc iam cernimus, & iterum facienda atque augenda [Deo Omnipotente iterum, atque iterum opitulante] ſperamus.

Denuntiamus: ad nos perveniſſe litteras patentes Veſtræ Paternitatis Rmæ. cōfirmantes electionem ante actam R. adm. P. N. Præd. Gen. Ex-Provincialis Fr. Franciſci Xaverij de Avilès, & Souſſa, datum Romæ 25. Februar. 1723. quas hilari animo toti Provinciæ notas fecimus: cum ejuſdem Capituli actis confirmatis die 25. Februarij, anno 724.

Denuntiamus item: accepiſſe litteras Paternitatis Veſtræ Rmæ: decretumque Congregationis Eminentiſſimorum S. R. E. C. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum de reductione Miſſarum ad inſtantiam Procuratoris Generalis Ordinis noſtri cum extenſione expreſſorum pro vnaquaque Noſtrum Provincia, & Monaſterijs quoque Monialium pleno iure Ordini noſtro ſubiectis. Duas quidem litteras Veſtræ Paternitatis Rmæ. indultumque Apoſtolicum libentiſſimo animo recepimus, & in execuutionem protinus mandabimus, earumq́ obſervantiam vſque ad apicem perfectionis exſolvere [Numine cooperante ſuperno] curabimus. Vtinamq̄ Paternitati V. Rmæ. talia tribuat Altiſſimus ſolamina ſpiritus, qualia nobis adverſus ſpiritalia nequitiæ, quæ ſunt in cœleſtibus contulit, faxit Omnipotens, fortunet, perennet, diuturnet.

Denuntiamus: recepiſſe litteras Capitulis Generalis Romæ celebrati in Conventu Sanctæ Mariæ ſuper Minervam, die

die 31. Maij 1721. ſub Rma.V. Paternitate cum ſuis litteris ad Ordinem Noſtrum vniverſalem, & ſimiliter accepimus litteras ordinationum pro Provincijs noſtris Indiarum. Sub datum Romę in eodem Conventu Minervitano, die 24. Ianuarij, Anni Domini 1722. quas legere quam primum coram omnibus in Capitulo ad id congregato, fecimus.

Denuntiamus item: accepiſſe litteras Paternitatis V. Rmæ. notum nobis facientes Em. D. S R. E Cardinalem R. Fr. Vincentium Maria Vrſinum, Ordinis Noſtri Prædicatorum eſſe electum Pontificem Max. Datum Romæ in Conventu N. S. Mariæ ſuper Minervam, die 29. Maij, anni 1724. Vtinam Dominus conſervet eum, & vivificet, donec tollat plenitudinem ſuperborum, & ſceptra iniquorum contribulet, & Domui, & Throno illius ſit pax à Domino, in æternum, & vltra.

Denuntiamus: Indultum ejuſdem SS. Dñi. N. Benedicti divina Providentia Papæ XIII. Ordinis N. Prædicatorum pro altaribus Eccleſiarum Noſtrarum datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 22. Septemb. anni 1724. pro quo ſuæ Sanctitati, Veſtræque Rmę. Paternitati illud ſupplicanti grates rependimus.

Denuntiamus: litteras quibus P.V. Rmæ. monuit nos, & docuit etiam Regum honores vti mundi vmbratiles Dignitates, leviſſimaque noctis ſæcularis ſomnia ad mortis ictum effugere, immo potius caduca, ipſorum conditione evaneſcere, exemplo Catholici Regis Ludovici Hiſpaniarum I. eburnea raptati ætate, pro quo ſacra illa peregimus, quæ noſtri merito fuerunt injuncta.

Denuntiamus: Decretum Beatificationis B. Dalmatij Monerij, Ordinis N. ſub datum die 13. Auguſti 1721. Deo propoſſe noſtro gratias immortales retribuentes.

Denuntiamus litteras patentes quibus P. V. Rma. promovit ad gradum Magiſterij titulo lectionis ex natis in Indijs R. adm. P. Præſ. Fr. Ioannem de Alvarado, Doctorem Cathedraticum Angelici N. Præceptoris in Regia Vniverſitate Qualificatorem S. Officij, nuncque Deffinitorem in locum

7.

actu vacantem ob mortem R. adm. P. Mag. Fr. Ioannis de Espinosa, & R. adm. P. Præs. Fr. Iosephum de Arroyo ex natis in Hispania, nunc, etiam Deffinitorem pro loco primo vacaturo, interim tamen cum loco, & voce iuxta Decretum SS. fœlicis recordationis Innocentij Papæ XIII. vnde, & litteræ P. V. Rmæ. promanarunt, & similiter ad gradum Præsentaturæ titulo lectionis, ex natis in Indijs R. P. Lect. Fr. Iosephum de Arziniega, in locum actu vacantem ob assumptionem R. adm. P. Mag. ac Doctoris supra memorati Fr. Ioannis de Alvarado, & R. P. Lect. Fr. Nicolaum de Montesdoca Seballos in locum actu vacantem ob assumptionem R. adm. P. Mag. Fr. Ioannis de Cordova Seballos. R. P. Lect. Fr. Ioannem Ignatium del Clavo, in actu vacantem ob mortem R. P. Præs. Fr. Michaelis de Aguilar. R. P. Lect. Fr. Didacum Iosephum de los Rios, in locum actu vacantem ob mortem R. P. Præs. Fr. Antonij de la Riva, & R. P Lect. Fr. Nicolaum de Torquemada in locum actu vacantem ob assumptionem R. adm. P. Mag. Fr. Michaelis de la Higuera, omnes ex natis in Indijs, & titulo lectionis. Etiamque ad gradum Præsentaturæ titulo Prædicationis ex natis in Indijs R. P. Præd. Gen. Fr. Emmanuelem Moxica in locum actu vacantem ob assumptionem R. adm. P. Mag. Fr. Didaci de Altamirano. Sicuti ad gradum Prædicaturæ Generalis titulo Provinciæ R. P. Fr. Nicolaum Becerra, in locum actu vacantem ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Francisci de Tovar, & R. P. Fr. Franciscum Burgos in locum actu vacantem ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Francisci Rioja, & R. P. Fr. Raymundum Delgadillo in locum actu vacantem ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Michaelis de la Cruz, & R. P. Fr. Laurentium de la Vara Pinto in locum actu vacantem ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Ioannis de Roxas, natos omnes in Indijs, & titulo Provinciæ, Missionum autem titulo R. P. Fr. Iosephum Moreno natum in Indijs ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Petri de Aldrete. R. P. Fr. Michaelem Ramires, natum in Indijs, pro Conventu SS. Mariæ sub titulo de Pietate, in locum actu vacantem ob assumptionem R. P. Præs. Fr. Mat-

thiæ

thiæ de Frigola, & R. P. Fr. Antonium Romero, natum in Indijs pro Conventu S. Ioannis del Rio in locum actu vacantem ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Francisci Marquez. Demumque R. P. Fr. Laurentium Menendez, in Hispania natum, pro Conventu Villæ Llerensis de Sombrerete in locum actu vacantem ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Antonij Pedrique, quas omnes pro omnibus obtemperatas, & acceptatas denuntiamus.

Denuntiamus litteras patentes quibus V. P. Rma. dispensavit super lectura Philosophica in Conventu SS. Mariæ sub titulo Pietatis cum R. P. Lect. Fr. Iosepho Vergara, R. P. Lect. Fr. Francisco Romo, R. P. Lect. Fr. Iosepho Saabedra, & R. P. Lect. Fr. Ioanne Saens Moreno, & in Officio Magistri Studentium per sexdecim menses exercito in Collegio N. Mexicano cum R. P. Lect. Doctore Theologo Fr. Emmanuele Romualdo Dallo, quod scilicet valeat eis pro gradu & forma legendi non obstantibus Nostræ Provinciæ viribus, quas omnes litteras acceptavimus.

Denuntiamus litteras patentes, quibus V.P Rma. contulit R. adm. P. N. Præd. Gen. Fr. Francisco Xaverio de Avilés, & Soussa, Ex-Provinciali per sexcenium Prioratum Conventus N. SS. V. Mariæ de Amaquemecan, & per totidem tempus Prioratum Conventus Nostri Ss. App. Philippi, & Iacobi de Atzcapotzalco R. adm. P. Mag. nunc Deffinitori Fr. Iosepho de Arroyo, vti Vicariam Domus Nostræ S. P. N. Dominici de Chimalhuacanatenco R. adm. P. Mag. Fr. Bernardo de Espinosa, nunc Deffinitori, & Domus N. Purificationis B. Mariæ de Atlacoayan, R. adm. P. Mag. Fr. Ioanni de Cordova Seballos, & Domus N. S. Ioannis Baptistæ de Tenanco R. P. Præd. Gen. Fr. Francisco de Vreña, & Domus N. S. Mariæ Magdalenæ de Tepetlaoztoc R. P. Ministro Fr. Petro de Roa, quas omnes obtemperatas denuntiamus.

Denuntiamus P. V. Rmæ. quod die 9. Maij post celebrationem præsentis Capituli, citatis Vocalibus, vti Ius est, processimus ad eligendum canonicé Procuratorem pro vtraque Curia Romana, & Matritensi, ad vrgentiora expedienda

Pro-

Provinciç, ſic que per vota ſecreta invenímus elegiſſe R. P. Præſ. Fr. Ioſephum de Arziniega, quem novimus ſemper ad ſimilia expeditiorem, inſuperque [ſi opus ſit] ad munus Deffinitoris in Capitulo Generali ſubeundum: quam electionem vti numeris abſolutam omnibus, â V. P. Rma. approbari, & confirmari petimus.

Denuntiamus P. V. Rmæ. quod iuxta ordinationem Ill.mi Archiepiſcopi Compoſtellani fœlicis memoriæ Fr. Antonij de Monroy, quondam totius Ordinis Generalis Mag. ſuper acta, & patrata à R. adm. P. N. Præd. Gen. Fr. Franciſco Xaverio de Avilés, & Souſſa, Ex-Provinciali coram nobis deffinientibus comparente, fixis pridie publicis in Conventu Imperiali Noſtro edictis ad id convocantibus rationem ſumpſimus, cumque nullus quærimoniam, aut præjudicium, vel quidquam quod legibus communibus, & noſtris attuliſſet, quin potius ipſe æquum [vt fas erat] ratiocinium nobis dediſſet, abſolvimus dictum R. adm. P. N. certiorem de his reddentes per præſentes P. V. Rmam. Deoque gratias agentes cumulatiſſimas.

DECLARATIONES.

DEclaramus R. P. Præſ. Fr. Emmanuelem Antonium Moxica, non gaudere de cætero loco, & voce Prædicaturæ Generalis poſſeſſæ ab ipſo in vi ordinationis decimæ noviſſimæ, ſtabilientis: Præſentatos Prædicatores Generales renuntiare pro libito, vel Præſentaturæ, vel Prædicaturæ Generali; quod fecit coram Patribus à Concilijs, renuntiavitque Prædicaturam, pro Præſentaturæ retentione, qua propter ſupra memoratum R. P. Præſ. Fr. Emmanuelem Antonium Moxica declaramus in Theologia Sacra Præſentatum cum loco, & cæteris ſui juris, & conſequenter Prædicaturam Generalem Conventus S. Ioannis Baptiſtæ de Coyoaçam eſſe vacantem, & ſimiliter vacam eſſe Prædicaturam Generalem titulo linguæ Mexicanæ ob eamdem renuntiationem R. adm. P. N. Præſ. Fr. Antonij Lopez, Ex-Provincialis, in vi ejuſdem ordinationis.

Declaramus demum: omnes pœnas ſuſpenſionis, vel privationes vocis activæ, vel paſſivæ dictarum ordinationum ſuſpenſas eſſe à N. Rmo. P. Mag. Gen. pro quiete, & pace N. Provinciæ, ſuper quas poterit diſpenſare in ſcriptis, vti ex litteris á nobis acceptis, denuntiatis que manifeſte perhibetur. Similiter declaramus: Ordinationem quartam, in his quæ afferre poſſunt inccommodum N. Provinciæ, prout magis expedire videbitur providere, quod approbare promiſſit, ſtatim ac fuerit ab illis determinatum, idem Rmus. N.

ORDINATIONES, ET PRÆCEPTA.

MOnemus, & hortamur hujus almæ N. Provinciæ Prælatos, & ſubditos cujuſcumque ſint conditionis, & gradus, vt ſedulo curent exequutioni mandare ordinationes N. Rmi. P. Generalis, animadvertentes, quod tranſgreſſores pœnis in eis contentis perſequemur vſquedum in eis nullatenus deficientes inveniantur, quod ſi adhuc ſuper abuſus irrepſerit aliquis, pro viribus in Domino auferre conabimur.

Ordinamus, quod annis ab hinc duodecim ordinatum erat pro omnibus Conventibus, & Domibus noſtris in effundendis ad Deum Altiſſimum precibus, & præſertim vt interceſſionem B.mi P. N. Dominici moveamur. pro quo vſque nunc factum eſt, vt in qualibet tertia feria celebretur ſacrum ſolemne ad eumdem effectum conſequendum, in omnibus Conventibus, & Domibus hujus almæ N. Provinciæ pro ſcilicet profectu ſpirituali, pro obſervantia noſtra, & augmento Sanctæ N. Provinciæ etiam in temporalibus, adhortantes Prælatos, vt deinceps ferventiori animo eiſdem pijs aſſiſtant deſiderijs.

Item, ordinamus ea quæ pro Conventu N. Sanctæ Catharinæ de Senis Monialibus in præcedenti Capitulo ſub his verbis ordinatum fuit.

Item, accurate conſiderantes incommoda, quæ intra clauſtra Conventus Sancti Monialium Divæ Catharinæ de

Sc-

Catharinæ de Senis Mexicani, curæ nostræ subjecti exoriuntur quotidie in vitæ Monasticæ detrimentum, ex quo innuptæ Virgines cum solutis, & nuptis vitam, promiscue ducant, quoniam mulier innupta, & virgo cogitat, quæ sunt Domini, quomodo sit sancta corde, & spiritu, quemadmodum, & nupta quomodo placeat viro, & quæ mundi sunt: quo virginitatis sanctæ lilium labefactant, turpique sua commaculant contagione, atque deturpant, propterea boni consulentes prohibemus quemcumque quomodolibet curæ nostræ subditum, ne in posterum sit ausus á Prælatis Monialium dictarum licentiam petere pro dictis nuptis, vel solutis fœminis ad septa Monasterij ingrediendis saltem pro tempore brevissimo, vel dictam licentiam extorquere quomodocumque, maxime interpositione tertiæ personæ intra, sive extra ordinem constitutæ, immo quæ clauduntur hodie irremissibiliter egrediantur omnes vsque ad vltimam intra spatium vnius mensis notificationem istorum, ad quod Monasterium ipsæ sciant nullatenus vlterius regressuræ, quod vt plenius fiat.

Mandamos â la R. M. Priora, que por tiempo fuere del Convento de Santa Catharina de Sena, y à todas sus Religiosas debajo de precepto formal, en virtud del Espiritu Santo, y de santa obediencia, y tambien debajo de pena de excomunion mayor, que se incurra con el mesmo hecho, y que esta monicion sea, y valga por tres moniciones Canonicas, que ni por sì, ni por tercera persona pidan, ó soliciten licencias, para que alguna, ò algunas mugeres casadas, ò solteras entren, aunque sea por brevissimo tiempo, â morar en dicho Convento, ó perseveren en èl, las que de presente estàn, antes si salgan irremissiblemente todas las que assi se hallaren viviendo en èl, dentro del espacio de vn mes, que assignamos por termino peremptorio, que se comenzarà â contar desde la publicacion de estas Actas.

Añadiendo, como de presente añadimos, que assi como hemos velado en la puntual observancia de esta ordenacion, quanto es de nuestra parte, expeliendo de nuestro Convento las que con pretexto de no serlo, han entrado

sien-

ſiendo caſadas, ocultando el eſtado á las miſmas Religioſas, y â Noſotros, cumplirémos en lo de adelante llevandolo â puro, y debido effecto, y caſtigando â qualquiera que á ſabiendas incurriere en la pena de precepto, y cenſura fulminada.

Y finalmente, para ajuſtarnos â lo que al puriſſimo honor, y buen nombre de dicho nueſtro Convento, conviene en eſte punto, ordenamos, y mandamos, que ningun Medico (excepto el del Convento) pueda entrar aun con el pretexto de curar particularmente â alguna de las Religioſas, ó demàs, que en dicho Convento moran, ſin eſpecial licencia de N. M. R. P. Provincial, que por tiempo fuere, para con eſto evitar las converſaciones que ſuelen intervenir en ſemejantes caſos; y lo miſmo ſe entienda con los Cirujanos, Barberos, y demàs Miniſtros, que de oficio pueden entrar, eſto es: que ſalvo el que es proprio de dicho Convento pueda entrar, y no otro alguno, ſin la licencia referida.

SUPPLICATIONES.

SUpplicamus V. Rmæ. Paternitati enixe ad diſtributionem graduum in memoriam revocet, quæ â Rmo. quondam N. Mag. Gen. Fr. Thoma de Turco in Epiſtola Paſtorali ſub datum Romæ 25. Iunij 1644. ad hanc noſtram almam Provinciam á qua denuntiata fuit in Mexicano Provinciali Capitulo die 7. Maij 1646. confirmatumque per Ill.^{mum} ac R.^{mum} Archiepiſcopum Valentinum actibus ejus 25. Maij 1670. fol. 111. ſub titulo pro Provincia Mexicana n. 1. nempe: *Non debet, quoad gradus, & dignitates* [verba ſunt Epiſtolæ præcitatæ] *vllo modo ratio Nationum, aut alternatiua, ſed præciſſe ratio meritorum, & laborum abſque vlla acceptione Nationum, aut Perſonarum attendi*: qua propter Rme. P. ad pedes vſque provoluti per viſcera N. Salvatoris miſericordiſſima petimus, ne auferas á Iacob ſpem, & pacem, nec filijs deturbatis adaperias viam deſerendi, quæ Maiores Noſtri nobis, & Regno prodiderunt.

Sup-

Supplicamus insuper P. V. Rmæ. quod nobis concedere dignetur, hac tantum vice translationem Magisterij vnici á titulo Lectionis in titulum Prædicationis, prout petitum, & supplicatum erat, pro duobus locis, quod, & nunc petimus pro vno tantum, & semel ita tamen, quod vice transacta, & vacante Magisterio titulo Prædicationis, reddeat iterum ad statutum titulum Lectionis, & lineæ, vt illo, nunc actu vacante ob mortem R. adm. P. Mag. Fr. Marci de Arrieta, P. V. Rmæ. honorare dignetur R. adm. P. N. Præd. Gen. Fr. Franciscum Xaverium de Aviles, & Soussa, Commissarium S. Officij, Ex-Provincialem, quoad vsque locus ei adhibeatur ex titulo Prædicationis, vt titulus, & locus iste lectionis suæ lineæ restituatur: Et data istiusmodi supplicatione ob memoratam assumptionem, locum Prædicaturæ Generalis ita relictæ, supplicamus V. P. Rmæ. vt illum conferre dignetur R. P. quondam Artium Lectori Fr. Iosepho Bravo, pro Conventu N. S. P. N. Dominici de Tlaquiltenanco, insuperque locum vacantem ob mortem R. adm. P. N. Præd. Gen. Præs. Fr. Antonij Lopez, Ex-Provincialis, titulo linguæ R. P. Fr. Didaco Nuñez, ex concessis Prædicaturis pro nostra alma Provincia confissis verbis Paternitatis V. Rmæ. dicentis: *Admittimus tamen, ac benigne sanamus pro hac vice similium postulationes in istis actis facta*, & data occasione vacantiæ graduum respective postulatos in antecacto Capitulo, pro quorum meritis dicta ibi sunt P. V. Rmæ. & solummodo accedunt, quæ ipsi postulati superaddere respective potuerunt. Insuper: scientes P. V. Rmam. gradum Præsentaturæ tribuisse R. P. Fr. Salvatori de Contreras, supplicamus locum Præsentaturæ dicti adm. R. P. N. Ex-Provincialis Fr. Antonij Lopez defuncti, ipsi designare, cum alias sit à nobis supplicatum supramemoratum P. Fr. Salvatorem Contreras inter filios hujus N. Provinciæ computari, quod si P. V. Rmæ. placuerit locum istum adipiscetur, ne gradus in nobis multiplicentur, ac vt habeamus ex natis in Hispania etiam illum.

Supplicamus P. V. Rmæ. pro litteris Apostolicis Inno-

nocentianis de non postulandis extra Deffinitorium gradibus, quod dignetur pro hac Provincia desuper hoc habere verbum cum SS. Dño. N. & ab ipso impetrare dispensationem super hoc, cum experientia sit compertum, quod propter distantiam vrbis á nobis, quodque (vt plerumque accidit] propter retardationem navium, vt contigit iam in litteris patentibus expeditis à Rmo. P. bon. mem. Mag. Gen. Fr. Antonino Cloche, quod sub datum 1711. ad manus nostras pervenerunt anno 1723. sed satis sit nobis, datis extra Deffinitorium vacantijs graduum á Patribus sex admod. R.R. Magistris de Concilio cum Priore Provinciali expostulare.

Vt filij ea [qua par est] humilitate supplicamus V. P. Rmę. hanc almam N. Provinciam á tempore discutionis habitæ anno Dñi. 1696. per ordinationes factas á Rmo. fœlicis memoriæ supradicto Mag. Fr. Antonino Cloche sub die 14. Aprilis 1695. statuta sunt loca Magisteriorum titulo Lectionis duodecim, totidemque titulo Lectionis Præsentaturæ, quæ quidem loca ex post majorem vim habere cæperunt in memorato Mag. Gen. consensu cum supra studia Generalia Provinciæ ante, & post refloruerint duo, quod nempe denuo erectum nuper erat anno 1688. pro quo locum habuit extensio præcitatæ ordinationis, & quod á nobis anno 1713. sub titulo *Supplicationes* pro Conventu Guadalaxarensi Regni Novæ Galleciæ, quoniam Rex Catholicus N. Hispaniarum sub conditione studiorum Generalium, immo & Grammaticæ etiam (vti exequitur) concessit fundationes illas, hoc fit, vt promoti moveantur distensissima illa loca sponte pertingere. Quæ quidem sic restabilienda speramus á P. V. Rma.

Cum in Archiepiscopatu Mexicano celebris ea sit cum pretioso Sanguine D. N. Iesu-Christi devotio, ac ferventissimo cordis amore omnes tutellam diligamus SS. D. Salvatoris N. Nutritij B.mi Ioseph, ac demum cum Sanctæ Inquisitionis Novæ Hispaniæ in Conventu N. Imperiali festivitates celeberrimæ confoveantur pro Beato Petro Arbues: supplicamus P. V. Rmæ.

Rmæ. quatenus dignetur impetrare nobis â Sede Apoſtolica Officia divina pro memoratis (cum duo iam generaliter extenſa in Archiepiſcopatu Mexicano inveniantur ad omnes, qui ad horas Canonicas tenentur tam Sæculares, quam Regulares) quin obſtet nobis pro tertio, quod de B. Petro Arbues Breviarij N. Ordinis attentis Rubricis nec Votivæ poſſint Miſſæ celebrari; cum alias Officium ſit conceſſum vbi S. Inquiſitionis Tribunal invenitur. Hoc eſt deſiderium: Officium *Pretioſiſsimi Sanguinis* D. N. Ieſu-Chriſti, Patrocinij S. Patriarchæ Ioſeph, & S. Petri Arbues ſaltem pro Conventu N. Imperiali, vbi anno currente celebretur.

Cum multoties ab Ill.mo & R.mo Archiepiſco Mexicano, & Epiſcopis ſubalternis, eorumque officialibus Ordinarijs vexemur circa Confraternitates SS. Roſarij volentibus præſidere in earum Capitulis, vti, & faciunt in Conventu N. SS. D. N. Ieſu-Chriſti Crucifixi S. Ioannis del Rio, in Conventu Ss. App. Petri, & Pauli Civitatis Queretarenſis, in Domo N. S. Ioannis Baptiſtæ de Iſtapalocam, & alijs in multis, jactantes ſe omnes Confraternitates SS. Roſarij harum partium æqualiter ſuæ ditioni ordinariæ ſubjecturos. Nec enim in hac parte in præſidio poſſunt nobis eſſe litteræ Apoſtolicæ SS. Pij V. monitorium, quarum Breve incipit *Conſueverunt*, quod expeditum fuit à *Marcello Llantes* Proto Notario Apoſtolico *Inhibitorium* Confraternitatum SS. Roſarij ab omni juriſdictione Ordinaria, præſertim Archiepiſcoporum Mexicanorum, ne prætextu Viſitationis faciendæ ab eiſdem ſe intromittant, ac vulnerent immunitatem. Prætendunt enim illi, quod quia ſæculares intendunt adminiſtrantes bona illarum, nequeunt iſti Nobis ſe ſubjicere. Inſuperque, quod ex Concilio Generali Tridentino ſancitur, quod ex genere poteſt, & debet Epiſcopus omnes Confraternitates viſitare; nec nobis itidem, ſunt in ſuffragio Doctores, quia facili ipſorum negotio fit dicentium vno verbo: *Privilegia omnia Regularium, & Confraternitatum eorum, eſſe revocata, & reducta ad terminos juris communis.* Inter quæ talia patimur, qualia Omnipotens Deus permittit eis

nobis

nobis inferre, ad probandas in nobis patientiam, & fortitudinem. Qua propter supplicamus P. V. Rmæ. quatenus de his dignetur habere verbum cum Sanctissimo, & nostram Confraternitatem declarare omni ex parte immunem â jurisdictione Episcoporum, quin obstet, quod Constitutiones Confraternitatum approbandæ ab Ordinario sint, nec quod earum Ministri sint Sæculares, & immediate subjecti Episcopis, nec tandem Visitatio præscripta à Concilio Tridentino, vt non quotidie in his (vti fit) vexemur, sed nostra cum quietis, & charitatis fructibus possideamus, & interea secundum posse nostrum Deo serviamus Omnipotenti, vt cernui, & addictissimi Beatissimæ Virginis Matris ejus MARIÆ servuli obsequamur, & filij.

Supplicamus demum Rmæ. V. P. super formam postulandi á Deffinitorio cum Magistris per vota secreta, videlicet quod à solo Deffinitorio in eadem forma valeant loca postulari sine Magistrorum interventu: quia cum multoties Concilium Magistrorum ad Deffinitorij authoritatem rite recurrat, forte in posterum vertetur indubium an æqualis, vel major auctoritas sit in Concilio Magistrorum, quam in Deffinitorio ipso? Quo vrgentiora relinquentur insoluta, cum nobis constet eamdemmet P. V. Rmæ. authoritatem in illo residere; quoniam si primo Deffinitorium postulat [quod & præcipitur] & postea Concilium approbat, superius istud perhibetur. Et si é contra: Concilium Magistrorum postulat, minimeque [vt præceptum est] Deffinitorium. Quapropter ad removendum omnem nostrarum determinationum divisionem enixe petimus, quod de cætero Deffinitorium valeat se solo exprimere loca vacantia, & in ipsis exponere, & postulare subjecta, eorumque merita, ætatem, prædicationes, lectiones, plausus, reliquaque in litteris V. P. Rmæ. præscripta, quod etsi cum Concilio Magistrorum in præsentiarum fecerimus protestavimus, & jura Deffinitorij, & imminentia [vt facimus] repræsentare.

POS-

POSTULATIONES.

PRO primo loco Magisterij actu vacante titulo Lectionis ex natis in Indijs, ob mortem R. adm. P. Mag. Fr. Antonij à S. Ioscpho Amezquita, exponimus, & postulamus R. P. Præs. Fr. Didacum Flores de Aguilar, á quo licet nullatenus acceperimus litteras petitionis, aut testimoniales nihilominus prima ejus merita non erubescimus in Domino, quoniam quinquagenarius jam Ordinem illustravit nostrum, in Collegio Angelopolitano Regali Philosophiam legit, plaudentibus Scholis subalternis, deinde Theologiam, vtramque facultatem per plusquam annos duodecim in Conventu Imperiali Mexicano, in Villa Llerensi, & vtroque Collegio Mexicano, & Angelopolitano, atque sicut omnes nostras Vniversitates perlustravit, sic vbique dedit suæ doctrinæ florentissimam messem, adeo vt pene omnes, qui verum Discipulorum, immo & legentium apicem attigerunt, de illius ebibissent fonte pleno, plenoque poculo tum fratrum, tum sæcularium. Insuperque non nullo tempore sicut nostris sacra olim, & ex post Barbaris Indis divina, atque Evangelica legit, sic vt præcedat omnes sui temporis Antagonistas loco, tempore, lectura, Discipulorum fructu, communique plausu.

Supplicamus V. P. Rme. locum Præsentaturæ ob assumptionem ad Magisterium, præmemorati R. P. Præs. Fr. Didaci Flores de Aguilar, R. P. Lect. Fr. Francisco Romo, applicare dignetur. Quadragenarius nunc olim per annos quatuor legit Grammaticam Novitijs Imperialis Conventus, & Philosophiam in Conventu SSmæ Mariæ de Pietate, computatque in Lectura Theologiæ decimum annum, sed omnibus septemdecim in Collegio Angelopolitano, & Mexicano, in Conventu Imperiali, & Pietatis non mediocri plausu exterorum, & fructu actu legentium in tunc Discipulorum.

Pro secundo Magisterio vacante ob mortem R. adm. P. Mag. Fr. Ioannis à Sancto Martino ex natis in Indijs titulo Lectionis exponimus, & postulamus R. P. Præs. Fr. Fran-

cifcum de Vria, Villavicencio, legit iste Philofophiam in Conventu N. Dulciffimæ Genitricis Dei fub titulo de Pietate, & iterum in Collegio Angelopolitano in quibus octies ftrenuè defendit, & inde Theologiam in vtroque, & Angelopolitano, & Mexicano Collegio, vti & Mexicano Conventu Imperiali, cum Difcipulorum jam laurea Præfentaturæ, jam moderatione Lectorali ornatorum fex cum magno numero Conclufionum publicarum, & femel Capitularium ab eo defenfarum: Computat Lecturam pro forma feptemdecim annis, pro difpofitione primitus curfum Philofophicum primum, & demum duobus annis Regentiam fecundariam Collegij Mexicani in omnibus annos duos fupra viginti, plauferunt extranei merito.

Ob ejus affumptionem ad Magifterium, loco Præfentaturæ ejufdem, exponimus, & poftulamus R. P. Lectorem Fr. Emmanuelem Varona, ætatis tempore quadraginta duorum pene annorum legit fructuofe Grammaticam Novitijs Imperialis Conventus Mexicani per annum, in Conventu Ss. App. Petri, & Pauli de Queretaro Philofophiam cum profectu vnius Sæcularis, qui iam inter Noftrates numeratur, poftmodum iterum legit Philofophiam in Conventu Imperiali Mexicano, & computat in Lectura Theologica annum pene iam duodecimum in Collegijs Angelopolitano, & Mexicano, cum non mediocri fanioris actu nunc legentium partis plaufu, atque profectu, & item in Conventu Imperiali iam memorato, vbi Lector primus adeft actu, defendit conclufiones particulares Theologicas publicas coram Capitulo Archiepifcopali, pro gradu computat quatuordecim annos, fed omnes octodecim.

Vacante ob mortem R. P. Præf. Fr. Petri Bernardi Quiroz ejus Præfentatura, ejufdem loco titulo Lectionis exponimus, & poftulamus, R. P. Lect. Fr. Iofephum de Larrimbe, Doctorem Theologum in Regia Vniverfitate, qui Philofophiam in Collegio Mexicano legit Theologice, & Philofophice vndecies defendit publice, quatuorque actu egentium jam fructu, Lecturæ Theologicæ attigit, jam in eo-

dem

dem Collegio annum quintum ; ætate annorum triginta, cum profectu, plausuque Nostrorum, atque etiam extraneorum omnes annos pene novem.

Vacante ob mortem R. P. Præs. Fr. Didaci Perez, ex natis in Indijs, Præsentatura titulo Lectionis, ejus loco exponimus, & postulamus R. P. Lect. Fr. Iosephum Lozano, in Regia Vniversitate Doctorem Theologum, & S. Officij Novæ Hispaniæ Qualificatorem, qui ætatis anno trigesimo octavo jam legit in Conventu Imperiali Philosophiam, & in eodem (sicut antea incæperat in Collegio Angelopolitano) computat Theologicæ Lecturæ annum octavum, defenditque conclusiones particulares publicas, & alias privatas cum non mediocri plausu, & fructu, annos computat vndecim.

